

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Joachim Stockmann

**Programma, Quo ad Exequias, Quas Filio ... Davidi Schuckmanno, Parabunt
Parentes moestissimi, Cives Academicos invitat**

Rostochii: Pedanus, 1632

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777427095>

Druck Freier  Zugang



Stockman, J.,

i n

D. Schuckmann.

Rostock, 1632.

PROGRAMMA,
Quo
ad Exequias,

Quas

Filio suo charissimo, pueru suauissimo,

DAVIDI
SCHUCKMANN,

Parabunt

Parentes moestissimi,

Cives Academicos invitat



RECTOR

Universitatis Rostochiensis,

JOACHIMUS STOCKMAN,

Philosoph. & Medicinæ D.

Physices Professor.



ROSTOCHII,

Typis JOACHIMI PEDANI, Acad. Typ.

ANNO M. DC. XXXII.

RECTOR
Universitatis Rostochiensis,
JOACHIMUS STOCKMAN,
Philos. & Med. Doctor Physi-
ces Professor.

 Onica, olim, Lacæna mulieri cum au-
ro & gemmis splendi-
dam, eandemq; pul-
cherrimis emblemati-
bus interpictam exhi-
beret, non minus operosam quam
pretiosam texturam; Lacæna illi è con-
tra, Quatuor quos habebat moribus
compositissimis filios ostentabat, di-
cens; Hujusmodi decet esse honestæ
probæq;

probæq; mulieris opera, hinc tollere animos & gloriari licet, His patria ornatur, non aulæis, non vestibus. Similiter, Cornelia Gracchi Mater, cum Campana mulier, quæ forte illius utebatur hospitio, Ornamenta sua, quib. nihil dari putabat pulchrius, prolixe commendaret, protracto colloquio, eo usq; eam detinuit donec è schola redeuntes exhiberet filios, & diceret, Ornamenta hæc, hæc mea sunt. Ironicæ Romanæq; matris exemplo quod si potissimam suæ felicitatis partem, in ingenuis & benemoratis liberis collocent parentes, facile invenerint qui assentiantur, & illud, græci quod est nescio cuius comici, subjiciant.

Φιλίας μέγιστος αἱ τέκνων γοναι
Sunt vinculum amoris Liberi firmissimum,

Μακρελοὶ ὅσιοι οὐχιστοι εἰς τέκνα,

Felix, Boni cui contigerunt Liberi.

Μαργελοὶ διην οὐδὲ διτελεῖ τερέφειον.

Moratus est cui filius, felix Pater.

A 2

Hujus

Hujusmodi felicitas, & ~~eternia~~ Quia inter
alias quib⁹ eminet dotes ex divina Be-
neditione obtigit Amplissimo & Con-
sultissimo Viro, Dn. HENRICO SCHUCK-
MANNO. J. U. D. & Judicij provincialis
assessori celeberrimo, amico & fautori
nostro pl. honorando, una cum Lectif-
simâ & Matronalium Virtutum deco-
re ornatissimâ conjuge, ANNA STECHO-
VIA, quinq; filiorum, indolis eximiæ
& spei optimæ adolescentulorum, in
modestiæ, pietatis, & probitatis exem-
plum sollicite à teneris educatorum,
HERMANNI, ALBERTI, HENRICI, CON-
RADI, JOHANNIS, & filiolæ unius, ejusq;
pulcherrimæ & suavissimæ ANNÆ A-
GNETÆ, parentibus ~~eternis~~, Nescio sa-
ne annon magis de superstite tam E-
gregia prole, quam Deus ut diu in-
columem servet exanimo precamur,
gratulari debeam, quam condolere
Iugen-

Iugentib. & de acerbo ingeminato fu-
nere secundi sui DAVIDIS conqueren-
tibns, Quod, qui anno hoc præsentि,
XX. die Mensis Augusti, inter medium
primam & secundam nocturnam in
hunc mundum cum prodiret, quanto
ijs fuit gaudio, tanto jam mœrore &
sui desiderio eosdem afficiat, nudius
tertius die Decembris X. eadem ferme
noctis horâ qua ajm ante suscep̄tus, ex
hoc mundo in cœlestem patriam ite-
rum translatus, Unde exulat quæ nos
fatigat Bellona, castrensis furia, quam
nihil juvat nisi clamor virûm clangor-
que tubarum, fragores & strepitus
tormentorum, internecina odia, al-
terna vulnera, enses imbuti sanguine,
acervi contrucidatorum corporum,
depopulationes, vastationes & cada-
vera florentissimarum urbium, re-
gnorum, regionum. Ubi æterna

A 3 secu-

secūritas & perpetua est tranquillitas;
cum econtra in his terris, Tantæ
nos undiq; circumdent procellæ, ut
metus sit, ne tandem in mare descen-
dat cœlum, & omnia inter se se. Ele-
menta confundantur, siquidem non in
unius alicujus Æneæ naufragium, sed
Totius orbis interitum, non ex anti-
qua repulsa implacabilis juno, sed ne-
scio quis Alastor, Quæ Ate, Æolus
permovisse videtur, ut quos intimis
speluncis & immotis hactenus monti-
bus abditos coercuit armisonos ven-
tos jam agmine emiserit universos,
tanquam dato signo.

Quid igitur, quid est? Quod libero-
rum mortem tantopere doleatis, pa-
rentes φιλεπποι, cum etiam ignorare non
possitis Liberos ita esse procreandos
ut meminerimus, ijs à rerum Natura
& accipiendi spiritus, & reddendi,
eodem

codem temporis momento legem dī-
ci, atq; ut mori non potest qui non vi-
xerit, ita nec vivere aliquem posse qui
non sit moriturus. Unde Poëta,

Et pace & bello cunctis stat terminus avi,

Extremumq; diem primus tulit.

Et alter,

Scilicet ex illâ qua primum nascimur hora

In sequitur juncto, vitaq; morsq; pede.

Cæterum, cum pie defuncti nostri
pueruli exuvia, non Ethnica crudeli-
tate canib. aut avibus obijciendæ: sed
Christiano ritu terræ matri reddendæ
sint, & humandæ, ijsq;, exsequialibus
justis mœstissimi parentes hodiernum
diem destinarint, hortamur seriò &
per amanter rogamus omnes & singu-
los Academiæ cives, Dñ. Doctores,
Magistros, verbi divini Sacerdotes,
Nobilissimam & Studiosissimam ju-
ventutem, ut ad horam primam in
templo Jacobæo frequentissimi con-
venire

venire & deductionem funeris suā
præsentia celebriorem reddere ne gra-
ventur, suā se mortalitatis ex re præ-
senti commonefacturi, Deoq; rerum
omnium Moderatori communem
commendatur salutem. P. P. sub Si-
gillo Rectoratus 12. Decemb. ANNO
M. DC. XXXII.



[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777427095/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777427095/phys_0016)




eodem temporis momen-
ci, atq; ut mori non pote-
xerit, ita nec vivere aliquo
non sit moriturus. Und

*Et pace & bello cunctis stat tu
Extremumq; diem primus tu*

Et alter,

*Scilicet ex illâ qua primum na
Insequitur juncto, vitaq;*

Caterum, cum pie de-
pueruli exuviæ, non Eth-
tate canib. aut avibus obi-
Christiano ritu terræ ma-
sint, & humandæ, ijsq;, e-
justis mœstissimi parentes
diem destinarint, horta-
peramanter rogamus omni-
los Academiæ cives, Dn:
Magistros, verbi divini
Nobilissimam & Studiof-
ventutem, ut ad horam
templo Jacobæo frequen-



the scale towards document

032

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No.

Patch Reference numbers on UTR